H: Reveley

ADMIRANDA ROMANARVM ANTIQVITATVM AC VETERIS SCVLPTVRAE VESTIGIA

ANAGLYPHICO OPERE ELABORATA

EX MARMOREIS EXEMPLARIBVS QVAE ROMAE ADHVC EXTANT
IN CAPITOLIO AEDIBVS HORTISQVE VIRORVM PRINCIPVM
AD ANTIQVAM ELEGANTIAM

a Petro Sancti Bartolo delineata incisa

IN QVIBVS PLVRIMA AC PRAECLARISSIMA AD ROMANAM HISTORIAM
AC VETERES MORES DIGNOSCENDOS OB OCVLOS PONVNTVR

NOTIS IO. PETRI BELLORII ILLVSTRATA

Hæc omnium, quæ extant nobilissima Romanæ magnitudinis monumenta ad perenne antiquitatis studium, ac decus cura, sumptibus, ac typis edita à Ioanne Iacobo de Rubeis, restituit auxit Dominicus de Rubeis Chalcographus Anno MDCXCIII.


Romæ ad Templum S.æ M.æ de Pace, cum Priuil. Summi Pont. et Licentia Superiorum.



EMIN.^{mo} ET REV.^{mo} PRINCIPI

FLAVIO CHISIO S·R·E CARDINALI AMPLISS.

Vrbis æternæ terrarum olim, rerumq; Dominæ hiſce meis typis expreſſa ſe ſe exerit Maieſtas EM.^{me} PRINCEPS, *ut quæ non cadauere amplius, ſed ſuo met cinere obruta iacet, ſculpturæ miraculo marmorea, et Auguſta e ſepulcro reuiuiſcat. Diem tamen ſuum non prius expetit quàm Tua ſe ſe induat luce: nihil enim hac luce clarius, ſplendidiuſque, non Purpuræ tantum radijs, quibus Vaticanum illuſtras, ſed et ingenij decore, ingentiq; fulgore Virtutum, quæ ipſas Alpes tranſgreſſæ facundia, et gratijs nouum te veteri parem Herculi Gallis præſtitere; ita vt pietas ac Sapientia Tua in ore hominum uerſentur, Tuuſq; erga literas, ac bonas artes amor celebretur. Is enim es, qui non ſtudio tantum, ſed et contubernio Muſas recipis: quid dinumerem inſtructiſſimam Bibliothecam: Tuam? quid ſtatuas, ac picturas, celeberrimorum Artificum? quid antiqui operis monumenta, ac lectiſſimam exquiſitamq; omnis generis ſupellectilem? his sanè cunctis pulcrius animum quàm domum exornas. Romam Veterem igitur per varias Sculpturæ imagines ex marmoreis exemplaribus deſumptas, meoque prælo expreſſas Tibi dico* EM.^{ma} PRINCEPS, *ut eadem ſub* ALEXANDRO VII *magno Patruo Tuo noua renaſcente antiqua ſimul te auſpice reſurgat. Adsis precor et ſinas a me nomini Tuo in Tuarum Virtutum Sacrario perpetuum hoc obſequij mei donarium appendi.*



Humiliſſimus et Obſequentiſſ. Seruus
Dominicus de Rubeis.

Petrus Sanctus Bartolus del. et Sculp.

NOBILIBVS ROMANARVM ANTIQVITATVM STVDIOSIS.


DOMINICVS DE RVBEIS IOANNIS IACOBI FILIVS.

INter præclara monumenta, quæ Io: Iacobus de Rubeis recolendæ memoriæ Pater meus ſuis Typis in lucem emiſit librum elapſis annis edidit titulo atque opere inſignem, ſcilicet ADMIRANDA ROMANARVM ANTIQVITATVM, AC VETERIS SCVLPTVRÆ VESTIGIA, hunc ſanè ipſum, quem præ manibus habes, ac ſpectas. Alium præterea nuper librum euulgauit argumento quoque & nomine illuſtrem: VETERES ARCVS AVGVSTORVM, QVI ROMÆ ADHVC SVPERSVNT CVM SVIS TRIVMPHALIBVS IMAGINIBVS, vtrumque pari laude ſpectatum. Cùm verò primum opus de Admirandis Veſtigijs plurimas imagines, ac tabulas ex triumphalibus Arcubus depromptas, ac delineatas, complecteretur, neceſſitas coegit ipſas adimere, ſuiſque Arcubus reddere ad triginta numero ſelectas, præſertim ex Arcu Imperatoris Titi Iudaicum triumphum referentes, atque ex Arcu Conſtantini, illas nempe quæ ad Traianum eiuſque geſta ſpectant; quod decrementum cùm non mediocriter animum meum afficeret, rependere aggreſſus, totidem ſelectas tabulas, & imagines ex Vrbis ruinis ſuperſtites, ac in Nobilium Principumque virorum ædibus adſeruatas delineandas, incidendaſque curaui, vt librum ipſum mutilatum noua acceſſione facta, in integrum reſtituerem, cui & ipſas inſerui aptiori ordine recollectas, & auctas. Eas verò præcipue tabulas cumulaui, quæ ad veteres mores dignoſcendos prodeſſent, plurimaſque ad Nuptiales funebreſque ritus erudiendos contuli, addita perantiqua inſigni pictura Nuptialem thalamum cum Noua Nupta exhibente, quæ in Aldobrandinis Pamphilianis Hortis in Quirinali adſeruatur. Huic ſingulari Veteris Picturæ monumento marmorea acceſſit celebris Bacchi Ara in Theſauro Magnæ Chriſtinæ Suecorum Reginæ, dum vixit, ſpectata, & quæ merito primùm obtinet locum Ara, ſeu vetus baſis Vrbis primordia à Paridis pomo ad Lupam lactantem repræſentans; aliaque inſuper recollegimus ſingula ſcitu digna, atque ab eruditis oculis inſpicienda. Hoc tè latere nolui Nobilis Lector, vt pro certo habeas nil omnino in hac noua editione huius operis de Admirandis deeſſe, ſed tantum aliqua ex neceſſitate de loco fuiſſe immutata, ita vt ſua maneat integra forma, & eruditio, atque Arcubus ipſis ſua quoque ſplendeat triumphalis facies, pompa, & maieſtas. At quamuis in hac re ſollicitus omnem meam curam ponerem, non tamen deſtiti tuo genio obſequi, ac inſeruire, quotidiè ex mea Officina emittens noua monumenta, nouaque oculorum ingenijque oblectamenta, ex qua modò prodijt Caij Iulij Cæſaris Dictatoris triumphus Mantuæ in Ducali Palatio ab Andrea Mantinea egregio pictore coloribus expreſſus. Item liber Anatomes ad picturæ artiſque Statuariæ eruditionem ſpectans, non tantum internam oſſium ſtructuram, ſed etiam externam muſculorum in ipſis ſtatuis impreſſorum delineationem exhibens. Proximæ editioni quoque ſunt Pſyches & Amoris Fabulæ, ac Nuptiæ à Raphaele Sanctio in Ædibus olim Chiſianis hodie Farneſianis ad miraculum depictæ, & ab exemplaribus ſolerti imitatione deſumptæ. Quoad Geographicas Tabulas Primo Mercurij Geographici Tomo centum tabulis completo, alter qui ſub prælo eſt quotidiano opere centum alijs tabulis perficitur. Proximus quoque editioni eſt Liber Monumentorum illuſtrium recentiorum Vrbis Romæ, qui Vrnas ſepulchrales Architectura & ſtatuis nobiles iuxta Scenographiam, atque Ichnographiam continet. Studijs noſtris Lector faue, & Vale.




Ara, seu basis quadrata lateribus singulis anaglyphicè sculpta, et à quodam Tiberio Claudio Fauentino dicata Elapsis annis effossa fuit inter Celium, et Esquilias in prędio D.D. inclitę nobilitatis de Millinis eademq. imaginibus decorata, originem, ac primordia Vrbis Romę à Paridis pomo ad lupam lactantem pueros, quasi ab ouo repręsentat. Hanc uerò primam faciem cum Captiuis pertinere ad Aurelianum Victorem in Oriente autumant aliqui, tum ex solis simulacro in quadrigis, quem Imperij dominum inuictum suiq. comitem dixit Aurelianus, tum ex monumentis insculptis ipsius Vrbis ab eodem Imperatore muris ampliatę. Suadet etiam forma rudis sculpturę illi sęculo consona.


Romę ex Typographia Dominici de Rubeis Hęredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priuilegio Summi Pont. et Superiorum perm.




MERCVRIVS *dat Paridi aureum Discordię pomum, ut de forma contendentibus Deabus, Pallade, Iunone, ac Venere, pulchriori donet. Hinc Troię, Asięq. incendia.*




Acre prælium circa Patrocli cadauer ab Hectore interempti ut adiuuante Minerua eriperent Gręci, et iusta soluerent ad naues, Troiani uer&ut ad urbem traherent uictorię trophęū.



ACHILLES *acceptis à matre Thetide armis, Vulcani manu elaboratis armatus in curru aduersus Troes insurgit, ut de morte Patrocli pęnas sumat, eiusq. Manibus Hectorem immolet.*



HECTOR *Achillis telo prostratus uelocibus equis raptatur circa Troię muros, sic religatis pedibus incurru, ut extra dimisso pectore, caput in puluere trahatur.* TROADES *Hecuba mater, Andromache coniux palmas tendunt, ac questus fundunt.*




Ad parentandum Patroclo Boues immolandos, et equos ad cursum, et funebres ludos solemni pompa ducunt Sacrorum Ministri.



Sacerdotes de more uelati uictimam prosequuntur. Victimarius Tibicen longam funeream tibiam inflat.




MARS RHEAM SYLVIAM *Regis Numitoris filiam Vestalem ad ripam* TYBERIS *dormientẽ aggreditur, eius formâ potiturus, ex cuius concubitu Romulus, et Remus, atque origo Romanę gentis.*



A Marte compressa SYLVIA *geminum partum edit Romulum, et Remum, quos in proflu entes* TYBRIDIS *aquas* AMVLIVS, *ob metum sibi uindicati Regni, mitti iubet.*



AMVLII *iussu ad ripas Fluuij effusi lenibus stagnis pueri à Regijs ministris exponuntur.*



Fama tenet LVPAM *sitientem ad puerilem uagitum cursum flexisse, ac mitem infantibus pre-buisse mammas, quos Regij pecoris magister Faustulus admiratus Laurentię uxori dedit educandos.*



PROVIDENTIAE AVGVSTI

POST OBITVM L·VERI IN IMPERIO CVM MARCO CONSORTIS ROMA SIVE S·P·Q·R·INTEGRAM ORBIS TERRARVM POTESTATEM EI CONTVLIT. 6

In Capitolio *Io·Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Templũ pacis cũ Pri·S·Pont.* *Petrus Sanctius Bartolus del·et fec·*




ADVENTVS AVGVSTI SYRIAE *Hoc eſt Marci Aurelij*

CVM MARCVS IN SYRIAM VENISSET INTERFECTO CASSIO SIBI OCCVRRENTIBVS REGIBVS ET LEGATIS PERSARVM PACEM CONFIRMAVIT *Xiphil. et Capitolinus,*


Petrus Sanctius Bartolus del. et fec. 7

Io. Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Templū pacis. cū Priu. S. Pont. *In Capitolio*



TRIVMPHVS, GERMANICVS M·Aurelij
CONTRA GERMANOS REBVS FELICITER GESTIS MARCOMANIS SARMATIS VANDALIS QVADIS DEVICTIS PANNO-
NIAQ SERVITIO LIBERATA TRIVMPHAT Capitolius.

In Capitolio — *Io·Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Templũ pacis cũ Priu· S·Pont·* — *Petrus Sanctius Bartolus del·et fec*



IOVI OPT·MAX·SACRVM

ACTO DE GERMANIS TRIVMPHO I·O·M·VOTA SOLVIT LEONIBVS CENTVM VNA MISSIONE EXHIBITIS IN PVBLICO MVNERE. 9

Io.Iacobi de Rubeis Formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu.S.Pont. In Capitolio




Petrus Sanctus Bartolus del. et Sculp.

VOTA PVBLICA

Io. Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Templũ pacis cũ Priu. S. P.


VICTIMARII TAVRVM SISTVNT: POPA SECVRI PERCVTIT: PVERI BINI CLYPEVM TENENT INSCRIBENDVM VOTIS QVAE PRO SALVTE PRO VICTORIA SEV PRO AETERNITATE IMPERII IN CAPITOLIO I.O.M. SOLVEBANTVR. *de quibus numi ueteres, et paſsim Auctores.*

In Hortis Mediceis



POPA ET VICTIMARIVS TAVRVM MITRA INFVLISQ EXORNATVM AD SACRIFICIVM DVCVNT.

Petr. Sanct. Bartol. del. sculp *cū Priu. S. Pont.* *In Hortis Mediceis.* 11



MVLIER TVRRITA TERRĀ DESIGNAT VT IN NVMIS HADRIANI CVM INSCRIPTIONE RESTITVTORI ORBIS TERRARVM VOTA DECENNALIA ET VICENNALIA SOLVTA PATET EX CLYPEO VOTIVO SVPER COLVMNA RITÈ POSITO. CVM TITVLO VOTIS X·EX XX·SIMVLACRVM IMPERATORIS CVM RELIQVO MARMORE DESIDERATVR. *In Hortis Mediceis*

Petr.^s Sanct.^s Bart. del. Sculp.

cũ Priu. S. Pont.



PROVINCIA IN GENVA PROCVM[B]ENS ET SVPPLEX · RELIQV[V]M MARMORIS DESIDERATVR .

Petrus Sanct. Bartol. del· et sculp· Io· Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Temp· Pacis cū Priu· S· P·. In Hortis Mediceis



QVIRITES CVM CONIVGIBVS ET LIBERIS LAVREATI DIS GRATIAS AGENTES OB RES PROSPERE GESTAS SACRIS ADSTAT *Livius l. 4. et 30. Cic. 3. or. in Catil.* I. MINISTER SACRIFICII CVM ACERRA ET VRCEO. *Sequens tabula eiusdem est argumenti*

in Hortis Mediceis. 14




Sequũtur SVPPLICATIONES ET VOTA OB TRIVMPHVM

1. SALII PILEATI CVM APICIBVS IN CONI FORMAM DEXTRA TENENT VIRGAM. Dionys. ant. R. l. 11. 2 POPA CVM SECVRI

In Hortis Medicæis

Io. Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Templũ Pacis cũ Priu. S. Pont.



ISIDIS POMPA

In Aedibus Matthæiorum


1. ISIACA SACERDOS, *seu ipsa Dea sospitatrix, alterâ manu Situlam Niloticam tenet, alterâ Anguem brachio in spiras circumuolutũ, capite erecto, salutaris Numinis indicem* 2. ISIACVS *uolumen utraque manu tenens carmina modulatur in honorem Deę; Superiorem corporis partem ad umbilicum exerit uelatus tunicâ; Aegyptij enim Sacerdotes superna, ac diuina reliquis Mortalibus obscura se scire tantummodo profitebantur. Alas Accipitris Solaris auis in capite gerit, quibus spiritum Mundi, Deique motum in rebus cunctis intelligebant* 3. ANTISTES *sacrorum lineâ candidâ stolâ amictus, atque derasus Hydriam aquâ repletam fert, brachijsque amplectitur, quam in Osiridis pompa, ob beneficium fecunditatis Nili, spectatam refert Plutarchus Hic pedes tegit calceis papiraceis, intextis palmarum folijs, de quibus Apuleius* 4. ISIACA *dexterâ manu quatiens sistrum argutũ reddit sonum, eiusque concussione Nili incrementum luneque imitatur assiduas conuersiones, sub qua cuncta mouentur, generantur, corrumpuntur, sinistrâ manu Simpulum tenet ad Libationes in sacris.*

SACRA MATRI MAGNÆ IN ANTRO IDÆO.



ADSTANT MULIERES SIVE MULIEBRI AMICTU GALLI SACERDOTES EVIRATI *Lucian. de ſyria Dea* 1. ALTER FRUTICES ARÆ IMPONIT CUM EX TERRA QUÆ MATER EST MAGNA FRUGES NASCANTUR *Lucret. l. 2.* PINEIS NUCIBUS INCENSIS IN MEMORIAM ATYOS 2. ALTERA TYMPANUM PALMA CONCUTIT. 3. TERTIA BUXUM INFLAT PHRYGIIS NUMERIS *De ſpelunca Rheæ in qua Mulieres ſacra faciebant Paus. Arcad.*

In ædibus de Vitelleſchijs 17



IPHIGENIA IN AVLIDE

1. **IPHIGENIA** *morienti similis, simulacro* **DIANÆ** *subiacens, atque ex oraculo mactanda spectatur, ut placato numine, secundis uentis Gręcorum classis soluat ad euertendam. Troiam Perhibent uerò Deam puellę misertam, pro ipsa Ceruam supposuisse ac eius saluti consuluisse.*

Romę in Hortis Magni Ducis Hetrurię


2. **ACHILLES** *supplex ut mitis Dea Victimam recipiat, nauesque Argolicas felici cursu ad Ilium perducat.*
3. **VLYSSES** *dolosè Iphigeniam, quasi Achilli nupturam, a matre Clytemnestra immolandam abducens.*
4. **AGAMEMNON** *Iphigenię pater capite obuoluto, ac moerente uultu adstat filię moriturę sacris.*

Sequens tabula eiusdem est argumenti




VAS MARMOREVM DIANÆ DONARIVM ARTE PHIDIACA
ANAGLYPHICE SCVLPTVM IPHIGENIĀ REPRÆSENTANS

Romę in Hortis Magni Ducis Hetrurię



5. GRÆCI *Heroes, qui Agamemnonem Iphigenię patrem, totiusq. exercitus Gręcorum Ducem secuti sunt in expeditione aduersus Troiam ob Helenę raptum*


Romę ex Typographia Dominici de Rubeis Hęredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templum S. Marię de Pace cum Priuilegio Summi Pont. et Superiorum permissu



DVX SIVE IMPERATOR EXERCITVS REBVS CONTRA PARTHOS PRAECLARE GESTIS A VICTORIA CORONATVR·PARTHORVM REGVLVS SE SE DEDENS GENVFLEX⁹
EIVS CLEMENTIAM IMPLORAT·EX CAPTIVIS ALII VINCTI·DVCVNTVR, ALII SVBIACENT TROPHAEIS ADLIGATI *ex ueteri Græcorū et Romanorū more·Seneca in Troad·Argolici præda triumphi subiecta feret colla trophæis.*


Petr.ˢ Sanct.ˢ Bartol.ˢ del. et Sculp.

In Vina ad usum fontis in Hortis Vaticanis



CAPTIVI


Petrus Sanctus Bartol.ⁱ del. et sculp *In Vrna ad uſum fontis in Hortis Vaticanis* 21



Quamuis marmoris huius lateat argumentum, aliqui tamen ad Imperatorem GALLIENVM *referunt proficiscentem in Orientem, cuius est typus Sol in quadrigis, et cum facies integra non sit, quam= dam adhuc retinet* GALLIENI *similitudinem. Iter terra, marique faciens Imperator tendere uidetur ad templum Deæ, quam puer indicat. Prope templum sedet Vulcanus cum teda alÿque incedunt cum accensis facibus. In alio simili marmore, quod in earumdem Aedium atrÿ summitate spectatur conueniunt alÿ Dÿ Apollo, Bacchus, Mercurius. Nos utrumque feliciori Oedipo relinquimus.*

Romę ex Chalcographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum priu. S. Pont. et Super. perm.

In Aedibus Mattheiorum



CIRCENSES LVDI *cum Agitatoribus in quadrigis, ac Prętore, qui mappam mittit, ac signum dat ineundorum ludorum. Emissos è carceribus equos clamor populi, plaususq. facientium, et Spontionum sequebatur, qui sublata uoce ac manibus ipsos hortabantur, atque incitabant.*

Romę ex Typographia Dominici de Rubeis Hęredis Io. Iacobi de Rubeis ad Temp. S.M.ᵉ de Pace cum Priu. S. Pont. e Super. perm.


In Aedibus Barberinis



Inter uarias sepulchrales imagines sculptas in uetustis monumentis, plurimę spectantur Venationes, quas in sua Roma notat Nicolaus Fabricius. Harum duæ nobiles, et heroicę spectantur in ædibus Mathęiorum, unamque ich exhibemus. Primo loco BALBINVS, *ut uidetur, Imperator militari habitu conspicuus, utraque manu pugionem, seu parazonium tenet, quem Roma Palmę ramum gerens comitatur. Venator eques tibialibus barbaris amictus insilit in Leonem, ipsumque percutit hasta. Anxy clamant alÿ, manusque tendunt ad uictoriam. In picturis Nasoniani sepulchri Venationes uarię expressę cernuntur iuxta anni tempora, ad quas pauca adnotauimus.* 24

In Aedibus Matthęiorum

Romę ex Chalcographia Dominici de Rubeis Hęredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum priu. S. Pont. et Super. perm.



VENATORES

Post uenationem redeunt Venatores, Apro, ferisq. interemptis uehiculo impositis, formam obseruamus rustici plaustri, Bobus duobus iugalibus, ac solidis rotis sine radijs, axi quadrato cohęrentibus; quę rotę tympana dictę firmiores erant oneri ferendo, ijsque utebantur in bello sarcinis transuehendis


In Aedibus Barberinis



1 .AMALTHEA *Iouem recens natum nutrit, eique puero in Dictęo antro è taurino Acheloi cornu caprinum lac prębet*
2 .SATYRISCVS *prę lętitià calamos inflat, et canit. Hoc est argumentum marmoris huius* IOVI PVERO *dicatum*
3 .AQVILÆ *verò, quarum altera Leporem euiscerat, altera pullis suis in nido aduersus Draconem subuenit, reponendę sunt inter parerga, ornatus causa à sculptore addita*


In Aedibus Iustinianis

Romæ ex Officina Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Temp. S. M.ᵉ de Pace cum Priu. S. Pont. e Super. perm.



VOTVM SOLVTVM IOVI AC IVNONI D·M· SEDENTIBVS IN THRONO NEPTVNO ET MERCVRIO IOVI NVNCIANTE ADSTANTIB.

Petrus Santtus Bartolus del· et sculp · *cũ Priu· S· Pont·* · *In Muſeo Angelonio*




NEPTVNO- GENIO IOVI SACRVM

In Ædibus Cardinalis de Maximis *Petrus Sanctus Bartolus del. et sculp.* *Io. Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Templũ pacis cũ Priu. S. Pont.* 28



THEOPHANĒ BYSALTIDIS FILIĀ FORMOSISSIMĀ VIRGINEM ∴ CVM PLVRES PROCI PETERENT À PATRE NEPTVNVS RAPTĀ TRANSTVLIT IN·INSVLAM CRVMISSAM

Petrus Sanctus Bartolus del· et sculp· *Io·Iacob·de Rubeis formis Romæ ad Templū pacis cū Priu·S·Pont·* *In Muſeo Angelonio·* 29



VENERIS EMERGENTIS NATIVITAS


1. Natam VENEREM *è maris spuma utraque manu rorantes capillos detergit. Ipsam Tritones euehunt in concha, in qua Cyprum adnauigasse canunt, Amô=ribus comitantibus. Eius imaginem ab Apelle pictam, carminibus tum grecis tum latinis nobilem sic descripsit Ausonius*

EMERSAM PELAGI NVPER GENITALIBVS VNDIS
CYPRIN APELLEI CERNE LABORIS OPVS:
VT COMPLEXA MANV MADIDOS SALIS ÆQVORE CRINES
HVMIDVLIS SPVMAS STRINGIT VTRAQVE COMIS
IAM TIBI NOS, CYPRI, IVNO INQVIT, ET INNVBA PALLAS
CEDIMVS, ET FORMÆ PRÆMIA DEFERIMVS.

Reliquę Personę appictę diuersi argumenti fabulam agunt, alter enim est
2. PERSEVS *è Gorgonibus rediens adiuuante*
3. MINERVA *Medusę capite amputato; Altera est* 4. ANDROMEDA *è scopulo, in quo fuerat alligata, ac Ceto exposita, ipsi Perseo liberatori, ac sponso dexteram porrigens.*

Romę ex Typographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Temp. S.M.ª de Pace cum priu. S. Pont.

In Aedibus Matthęiorum



Petrus Sanctus Bartolus del. et sculp.

CHORVS VENERIS AΦPOΔITHΣ

LASCIVAE·DORSO·CAPRAE·SVPER·AEQVORA·LABENS·LAETATVR·PATRIOS·CYTHEREIA·CVRRERE·FLVCTVS·MOLLIB'·ORTA·VNDIS·TENERORV̄·MATER·AMORV̄.

Aeternitatem in sepulcris Antiqui designare solebant: unde varia Marinorum Deorum emblemata; cum ex Oceano cuncta gigni, creariq. crederent. *In æde D. Francisci ad Ripas.* 31

Sequens tabula eiusdem est argumenti




CHORVS VENERIS ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ

Io. Iacob. de Rubeis formis Romæ ad Templũ Pacis cũ Priu. S. Pont.


PENNATI·PASSIM·PVERI·DELPHINA·COERCENT·TRANQVILLVMQ. CHORIS·QVATITVR·MARE·TERGORE·GLAVCVS·LEVCOTHEAM·ROSEO·SPLENDEN-TEM·GERMINE·FVLCIT·PORTVÑO·VEHITVR·NEREIS·FRETA·POLLICE·MVLCET·IT·CHORVS·ET·NIVEAE·DELIBANT·AEQVORA·PLANTAE. 32

In æde D. Franc. ad Ripas.



VOTVM seu DONARIVM DIANAE VENATRICI.

Petrus Sanctus Bartolus delin. et sculp. *cū Priu. S. Pont.* *In Hortis Mediceis*




PERSEVS CETO OCCISO A SE LIBERATAM ANDROMEDEM VXOREM DVCIT

In Hortis Ex.^{mi} Principis Camilli Pamphilij

34

Petrus Sanctus Bartolus delin. et sculp. *Io. Iacobi de Rubeis formis Romae ad Templum Pacis cu. Priu. S. Pont.*



FORVM PALLADIVM *Siue Nerue in Regione Vie Sacre*

Hæc tabula simul ac subſequentes sex viſuntur adhuc in Zophoro Portic.⁹ Fori Pallady, quod condituꝫ a Domitiano poſtea a Succeſsore Nerua Forũ Neruæ fuit appellatum. Cũ uerò Domitian.⁹ Mineruam supſtitione coleret hinc eiuſdem Deę artes, et lanificia in eodẽ Zophoro inſculpta sunt quod forte, ex hac parte eius ædes extaret.[1] MVLIER SEDENS VELATA DEA EST PVDICITIA CVIVS STVDIOSA ADMODVM MINERVA CREDEBATVR.[2] IVVENIS IACENS CVM VRNA AQVAE GENI EST FORTE ALBANI LACVS CVM IN ALBANO DOMITIANVS QVINQVATRIA ET LVDOS CELEBRARET. *Sic ipſe in Sæcularib.⁹ Tyberim appinxit ut in eius numo. De foro Palladio Martialis.*


Petr.⁹ Sanct.⁹ Bartol.⁹ del. et ſculp.



PALLADIS ARTES

1 VIRGINES MINERVAE CALATHVM FERVNT *de quo in sequentibus* 2 TEXTRICES FILA TORQVENT 3 PALLADEM ADEVNT PVELLAE ERVDIENDAE HARVM VNA GLOMEROS AFFABRE CIRCVMDVCTOS MANV TENET AC EXIBET DEAE QVAE INVENTRIX ET MAGISTRA LANIFICII HABITA FVIT IPSA FERVLĀ VIBRAT QVA PVELLAE GENVFLEXAE ET SVPPLICIS PALMĀ FERIT VT IN SEQVENTI TABVLA.

Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp. *In Foro Nervae* *Io. Iacob. de Rubeis formis Romae ad Templ. pacis cū Priu. S. Pont.*




PALLADIS ARTES IN FORO PALLADIO

1 TEXTRICES TELAS METIVNTVR SEV ACV PINGENDVM OPVS IN TELA DELINEANT 2 ALTERA GLOMERVM PRAEFERT PERACTO VELLERE 3 ALTERA E COLV DV=CIT LANAM ET FVSVM TORQVET.

In Foro Nervæ

Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp.




PALLADIS ARTES

1 CALATHIS PERACTA REFEREBANT VELLERA *Iuuenalis Sat. 2.* ET IN IPSIS STAMINA IN FILVM DEDVCTA ET LANAS TINCTAS CVSTODIEBANT *feſtus Catull. Ouidius* VNDE APVD POETAS CELEBRES MINERVAE CALATHI 2 VIRGO ALTERA FERT GLOMEROS EX DEDVCTIS LANIS 3 ALTERA DATA PENSA IVSTIS LANCIBVS LIBRAT ET EXAMINAT.

Petr. Sanct. Bartol. del. et Sculp.

In Foro Neruæ




PALLADIS ARTES

EX PVELLIS VNA CRVMENAM MANV SVSPENSAM EXHIBET QVAESTVS FORTE ET LVCRI EX LANIFICIO ALIAE PONDVS LIBRARE VIDENTVR SED EX MARMORE ABRVPTO AC VETVSTATE CONSVMPTO NON SATIS CONIICITVR.


In Foro Neruæ

Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp.



PALLADIS ARTES

Petr.⁹ Sanct.⁹ Bartol.⁹ del. et Sculp. *In Foro Neruæ* *Io. Iacob.⁹ de Rubeis formis Romæ ad Templ. pacis cũ Priu. S. Pont.*



PALLADE PLACATA LANAM MOLLIRE PVELLAE
DISCANT ET PLENOS EXONERARE COLOS


PALLADIS ARTES

ILLA ETIAM STANTES RADIO PERCVRRERE TELAS
ERVDIT ET RARVM PECTINE DENSAT OPVS. *Ouid. III fast.*

Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp.

In Foro Neruæ


Io. Iacob. de Rubeis formis Romæ ad Templ. pacis cũ Priu. S. Pont.



Tabula hæc non ad Domitianum, at potius ad Neruam spectarè videtur, qui forum Palladium, seu Transitorium perfecit, quique publica vbertate aquarum, ut inquit frontinus, salientes, et lacus Vrbis regionibus, et collibus reſtituit; cum tamen insculpta, sit super eadem columna, ac in eodem, saxo cum antecedenti num.° 62 poteſt etiam ad Domitianum referri, qui patris ac fratris titulos sibi adſcripsit. Veſpaſianus porrò ac Titus aquæductus ferè omnes reddita aqua reſtituere.

Petrus Sanctus Bartol.ˢ del. et sculp.

42




Petrus Sanctus Bartolus delin. et sculp. | Io. Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Temp. Pacis cũ Priu. S. Pont.


TRICLINIVM SIVE BICLINIVM

1 TRIMALCIO · E BALNEO AD TRICLINIVM DEDVCTVS ACCVBITVRVS FAESTIS EPVLIS SOLEAS DEPONIT QVAS 2 PVER DETRAHIT · INDVCTIS COMOEDIS 3 SILENVS SENEX TIBIAS PARES INFLAT 4 SILENI IVVENS AD NVMERVM CHOREAS DVCVNT · PRÆEVNTE 5 NARTHICOPHORO 6 APPOSITA EST MENSA TRIPES AVLÆISQ TRICLINIVM INSTRATVM - Petr. Arb. Plinius lib. 9 ep. ad Genit. · 7 TABELLA CVM AVRIGA FAESTOS LVDOS DESIGNAT.

In hortis Montaltis



ROTVNDA ARA MARMOREA BACCHI SCENAM
ET CHORVM SATYRICVM REPRÆSENTANS
ROMÆ IN REGIA ANTIQVITATVM GAZA
CHRISTINÆ SVECORVM REGINÆ




SATYRICA BACCHI SCENA ET CHORVS

Romę ex Typographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S. Pont. et Superiorum perm.


1. *Scena Bacchi columnis, arboribusq. Vitibus disposita, quę etiam in eius pompa gestabantur auctore Athenęo. Vasa Vinaria, seu Amphorę aureę mero repletę, eidem sacrę Deo, qui Vinearum, uinique repertor credebatur*
2. *Vmbracula ex ferarum pellibus, et uelis*
3. *Vnus è Silenorum Choro Cantharum humero admotum gerit*
4. *Ara pampineo encarpio ornata*
5. *Orgiasta saltitans nebridem alterâ manu explicat, alterâ merum è carchesio fundit*
6. *Alij duo è Bacchi familia Silenum senem Bacchi nutricium ebrium, ac titubantem sustinent quos concomitatur Satyrus cornibus, et caprinis cruribus insignis*
7. *Tympanum palmiti alligatum, in quo Baccha uidetur appicta*

Sequens tabula eiusdem est argumenti



BACCHI SCENA ET CHORVS

8. *Bacchus dextera manu haste, seu thyrso, sinistra succollanti Fauno nititur, ad cuius pedes Tigris adstat uini cupida.*
9. *Baccho Sues mactant, quorum alterum aheno calida abluunt, alterum ramo suspensum depilant. Sus enim Cereri sacer erat, cuius mysteria cum Dionysiacis, ac Metroacis admiscebantur.*
10. *Orgiasta alter Terminum finium, et ruralem Deum, in Dionysiacis cultum serto, et floribus coronat.*
11. *Cista pomis referta, nam Baccho non solum Vitium, sed omnium fructuum culturam referebant.*
12. *Alter ex choro utrem humero incumbentem premit, ac merum in subiectum craterem fundit.*
13. *Tibicen Orgia celebrans duas uno flatu tibias inflat.*
14. *Postremus monaulon canit.*



LIBERALIA

LIBERANTE ARAM POMIS REFERTAM CVM IS NON TANTVM VINI SED OMNIVM PENE FRVCTVVM CVLTVRAM DOCVERIT·ARBOR ·2·PINVS APPOSITA EST QVOD BACCHVS EXPIATVS A BERECYNTHIA MVLTA CYBELES ET CERERIS IN DIONYSIACIS INSTITVIT·3 IDEM TVNICATO ET CHLAMIDATO·4·SILENO INNITITVR PENDENTE AB EIVS DEXTRA POTORIO CANTHARO·5·ET DVCTVS CORV STAT SACER HIRCVS AD ARAM.

Sequens tabula eiusdem est argumenti

In ædibus Mazarinis



6 TIBICINA·CORNICEN·ANTE ARAM·7·TYMPANISTRIA·8·MYSTICA CISTA E QVA LABITVR ANGVIS NAM BACCHVM RECENS NATVM PARCÆ CORONAVERVNT DRACONVM CORONIS·9·PVER VERBERAT IDÆVM LEONEM *Cum Saſtationibus et sonis cantus quoque edebant unde Dithyrambica*

Io·Iacob.^s de Rubeis formis Romæ ad Templũ Pacis cũ Priu·S·Pont· *In ædibus Mazarinis*



BACCHI ET ARIADNÆ CHORVS

SVBACTA INDIA BACCHVS ARIADNAM A THESEO DERELICTAM SVO RECEPIT CVRRV 1 IPSE E CANTHARO IN 2 FAVNI POCVLVM HILAREM FVNDIT LIQVOREM 3 ARIADNA SMYLACIS SERTO EIVSDEM PECTVS ALLIGAT ET AMPLECTITVR 4 AMOR VOLITAT CVM FLABELLO SEV VEXILLIO DEVMQ EXCITAT 5 SATYRVS EBRIVS MERVM EFFVNDIT 6 FAVNVS QVATIT APRI CRVS IN MEMORIAM PENTHEI DISCERPTI · BACCHVS IPSE CVRRV INVECTVS EST A CENTAVRIS CVM ISTI PLVRIMVM VINO INCALESCANT AC LYRA PRÆCIPVE EXCELLANT

In hoc et Sequentibus habes Saltationes thimelicam et Satyricum apparatum

In hortis Montaltis



Sequitur BACCHI ET ARIADNÆ CHORVS

7 FAVNVS VIBRAT FVSTEM QVOSE FVRIOSI PERCVTIEBANT 8 HÆRET ASELLO SILENVS QVEM TITVBANTEM SVCCOLLANS FAVNVS SVSTINET 9 FAVNVS CVM PEDONE ET VVÆ BOTRO 10 TYMPANISTRIA PLANVM AC ROTVNDVM PALM^A^ QVATIENS TYMPANVM 11 PVERI EX PVERORVM CHORO 12 ELE^PHAS^ INDIÆ SVBACTÆ INDEX 13 SILENVS DVAS VNO FLATV TIBIAS INFLANS PHRIGIIS MODIS

Io. Iacob.ᵗ de Rubeis formis Romæ ad Templũ Pacis cũ Priu. S. Pont.


In Hortis Montaltis



SILENORVM CHORVS unde Silli.   In hortis Burghesijs   50


1 BACCHVS 2 LYRISTI SEV MVSAE EIVS ALTRICI NITITVR. LVDVNT IVVENES SILENI ALTER 3 SALTANS FERVLAM QVATIT. VNDE NARΘΙΚΟΦΟΡΟΙ 4 ALTER EPISTATAM PAPPOSILENVM EBRIVM SVSTINET *Nota Iuuenes Silenos de quibus Orpheus in hym. uulgó faunos, quo nomine et nos in hiſce tabulis appellauimus.*

Io. Iacob. de Rubeis formis Romæ ad Templũ Pacis cũ Priu. S. P.




DIONISIACA SALTATIO

1 CROTALISTRIA 2 TIBICEN 3 LYRISTIS 4 TYMPANISTRIA DITHYRAMBOS CANVNT. *In hortis Burghesij*



Sæuum, atque atrox facinus. Iacentes somno, atque alta sepultos nocte, accensis facibus, strictisque gladijs hostes repentino impetu inuadunt. Termini Dei solemnia peragunt, posito eius simulacro, ac tripode cum aulę-is: Aram uerò sublatam ex hostibus unus in caput dormientis mulieris uibrat, ac iacit. Alij ensem aduersus dormientes ad necem intendunt. Hinc Sacrificę duę iacentes sopore grauatę, altera securi nititur, altera di-missam, accensamque retinet facem. Huius ignoti facinoris duplex extat exemplar in marmore, unum in Barberinis, alterum in Iustinianis ędibus, à quo similitudinem duximus.

Romę ex Chalcographia Dominici de Rubeis Hęredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S.P. et Super. perm. *In Aedibus Iustinianis*



PROSERPINÆ RAPTVS

PLVTO IRA CONCITVS SVPERIS BELLA MOTVRVS QVOD SOLVS EXDIIS SINE VXORE DEGERET EXORATVS A 2 LACHESI QVÆ PROPE SOLIVM STAT VELATA COLVM GERENS DE CONNVBIO PER 3 MERCVRIVM CVM IOVE AGIT. 4 PROSERPINA ABÆTNAEIS CLAVSTRIS STVDIO COLLIGENDI FLORES IN PATVLOS CAMPOS EGRESSA A 5 PLVTONE RAPITVR SVPER CVRRV FRVSTRA INCRE-PANTIBVS 6. PALLADE AC &c ut in sequenti

Io. Iacob. de Rubeis formis Romæ ad Templū Pacis cu Priu. S. Pont. In ædibus Mazarinis.




Sequitur PROSERPINÆ RAPTVS

Raptū Proſerpinæ deſcenſū eſſe animarū docet Saluſt. Philoſ. l. de Dys et Mundo unde Pluto ἀϊδωνεὺς à ducendis populis dictus cui ſacræ erant inferiæ, Proſerpinæ verò propter matris Cereris luctum lamentationes in funerib. edebantur Hinc Proſerpinæ rapt. freques in lapid. ſepulcral.

AC DIANA VENERIS DOLO 7 CERES FACIBVS AB IPSA ACCENSIS AD QVAERENDAM FILIAM E SICILIA DISCEDIT BIIGIS ALATIS DRACONIBVS INVECTA 8 NAIADVM CHORO AD 9 APANVM FLVVIVM CONFVGIENTE

Claudian. de Raptu

In ædibus Mazarinis.



PROSERPINA NOVA NVPTA.

1SEDET PROSERPINA REIECTO FLAMMEO AC VERECVNDIA DETECTA MA:NV TENET AVREVM POMVM PRAEDIVITIS ARBORIS SIBI DICATAE 2PARCA BLANDITIIS EIVS DOLORES LEVAT 3ELISII PVERI FLORES ET POMA FE:RVNT 4MERCVRIVS SOMNIFER ADSTAT CVM PAPAVERIBVS.

CERERIS LVCTVS

BACCHATVR 5CERES DOLORE ACTA 6ARETHVSA AD CVIVS PEDES VRNA RAPTOREM PRODIT· IPSĀ SOLATVR VNDE,

Vnde — 7Orbe pererrato curru Dea fertilis auras. Exit in æthereas magnumq; adit ægra Tonantem.

Io. Iacob. de Rubeis formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu. S. Pont.

Claudianus et Ouid. met. l. 5 fact. l. 4. In Hortis Burghesijs.




NVPTIÆ

SPONSVS, *ac* SPONSA *uicissim dexteras iūgunt, maritalis fidei argumentum.* PRONVBA IVNO *in medio stat, ac utrunque amplectens coniugio iūgit.* AMORES GEMINI *hinc inde uolitantes coronam alterâ manu tenent, alterâ flores et frondes effundūt, quorum sertis postes ędium nouę Nuptę exornare consueuerunt.*

In Aedibus Iustinianis

Romę ex Typographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S. Pont. et Super. perm.




NOVA NVPTA

NOVA NVPTA *longa tunica induta, pallio, seu flammeo caput obnubit, ac demisso vultu mœret ob uerecundiam, ac timore, quasi per uim rapta è Matris sinu, mox sit uirginitatem amissura. Retrò* PRONVBA *morantem urget, ut Virum adeat, nec timeat.*

In Aedibus Farnesionis


Romę ex Typographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S. Pont. et Super. perm.



NVPTIAE

1 SPONSVS AC SPONSA INVICEM DEXTERAS IVNGV̄T·HAEC PALLA SEV FLAMMEO VELATA ILLE CAPITE DETECTO PRONVBA 2 IVNO VTRVMQ AMPLEXA CONIVGIO IVN: GIT STABILI·ADEST 3 HYMENAEVS SEV PVER GENIALEM PRAEFERENS FACEM·AD ARAM 4 CAMILLVS CVM ACERRA ET 5 TIBICEN MOLLE FESTVMQ CANENS· VIR 6 VELA: TO CAPITE SACRIFICANS E CANISTRO PROMIT FLORES ET POMA QVAE IN NVPTIIS SPARGEBANTVR·INDE 7 MVLIER TVRTVREM PRAEFERT MARITALIS FIDEI AVSPICIVM AD PEDES 8 OVIS VEL SACRIFICIO OBLATVS VEL TALASSIONIS AC LANIFICII ARGVMENTVM·SEQVITVR 9 MVLIER CVM SERTO QVO POSTES ORNABANTVR INDE 10 NVNCIVS LAVREATVS DEXTRÁ TENET VOLVMEN NVPTIALIS CARMINIS. VLTIMA EST 11 CONCORDIA CV̄ COPIAE CORNV SEV CYBELES MATER CVIVS VIM GENERATIONI INESSE CREDEBANT.


Petrus Sanctus Bartol.ⁱ del· et sculp *Io·Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Templū pacis cū Priu·S·Pont·* *In Templo D·Laurentij extra muros*



NOVA NVPTA

SPONSA FLAMMEO LACRIMAS DETERGIT VNCTRIX VIRGINIS PEDES SPONGIA OBLINIT AD=
HIBITO ALABASTRI VNGVENTO, AC IVNONIS VNXIAE NVMINE. 59

Petr. Sanct. Bartol. delin. et Sculp. *cũ Priu. S. Pont.* *In ædibus DD. de Valle*




1 *Sedet noua nupta in geniali toro, faciei detracto flammeo, corpore tamen toto p̄ę verecūdia, albenti palla undiq; obducta. Demiſſo vultu meret, luget, mox pudicitiam amiſſura. Sedentis de more pedibus aureum Scabellum subijcitur; et fulgent genialibus altis aurea fulcra toris.*

2 PRONVBA *Sponſam amplectitur, eiq; blanditur, ſuadetq; vt flere deſinat, neq; timeat ad virum prodire. Myrto venereo coronatur.*

3 *Sponsus redimitus hedera, quæ vſitatū Coniugij ſymbolū eſt, nudus sedet in limine thalami, Sponſā expectans huc faciunt illa Catulli de Nupt. Aſpice imus vt accubat. hoc eſt prope humum dimiſ-sus maritus ſponſam præſtolatur.*


4 *Balnearia miniſtrā, altera manu Strigilem tenet, alteram iniicit in concham seu argenteam lauationē, experiturque tepidam aquam.*

IMAGO ANTIQVÆ PICTVRÆ NOVAM NVPTAM
centum ferè ab hinc annis effoſſa in Exquiliarum ruinis
Hortis in Quirinali unicum ueteris



IN GENIALI THALAMO REFERENTIS
ad Arcum Gallieni. Viſitur in Aldobrandinis Pamphilianis artis exemplar, et miraculum.

5 Aquariola e cratere frigidam calidæ miſcet, ac tẽporem inducit, nanq; noua nupta antequam decumberet cũ Sponso, aqua spargebatur, vt caſta puraq; ad virum accederet
6 Alia ancilla tabulam forte præfert, in qua dotalia signabantur.
7 Alia Pronuba columellæ, seu mensæ innixa, dextera guctum, Siniſtra catillum inſtar conchilij tenet, vt vnguento, vel oleo Sponſæ ablutæ corpus de more vngat, adhibito Iunonis vnxiæ numine Ab eius collo monile, seu segmentũ aureæ dependet, eademq; armillis brachia circumdat.
8 Balnearia alia paterã tenet, et aquã in conca, seu miſcet, seu experitur. longa tunica, ac dupplici breuiori palla induitur. 9 Tripus balnearis aureꝰ pendentibꝰ hinc inde anſis, in quo differens lauatio
10 Lyriſtes fides pulſat, choreasq; ducit, tintinnabulis capite redimito; induta manicatâ stolâ, faſcijs ad imos pedes fimbriata. 11 Poetria radiatâ corona inſignis ad lyrã canit epithalamicũ, hanc alij sacronũ Reginã aſſerunt



In Ædibus Em.mi Principis Card. Flauij Chiſij

EPITHALAMIVM

SEDENT HINC SPONSVS INDE 1 SPONSA ET AD VTRVMQ EX CHORO 2 VIRGINES CONVERSAE LAVDES CANVNT FAVSTVM FELIXQ OMINANTVR ADSVNT 3 TIBICINIA 4 LY-RISTES 5 POETRIA CARMINA DESCRIBIT SEV MODVLATA CEDRO NOTAT. *Sponſæ ſubſtrata eſt lupina pellis quam pertinuiſſe ad fæcunditatem ex lupercalibus conſtat ac etiam quod lupino adipe nouæ Nuptæ poſtes in-ungebant ne quid mali medicamenti inferretur.*

Petrus Sanctus Bartolus del. et Sculp. *Io. Iacobi de Rubeis formis Romæ ad Temp. Pacis cũ Priu. S. Pont.*




Petrus Sanctus Bartol. del. Sculp.

NVPTIALES CHOREAE

cū Priu. S. Pont.

ET FAVSTI IVVENVM PLAVSVS MIXTAEQ CHOREIS AVDITAE PER RVRA LYRAE *Claudian.* *Virginum Chorus nuptias celebrabat; nec abſimilis ritus in Peruigilio Veneris Catulliano.* *In Hortis Burgheſijs*

63




NVPTIALE FESTVM

FRONDE VIRENT POSTES ET FERVENT COMPITA FLAMMIS SERTA FERVNT *Statius Epit. Stellæ In Nuptijs ac feſtis diebus serta arborumq, rami præ foribus affigebantur.* *Marnan. Capella. Claudian.* *Petrus Sanct. Bartol. del. Sculp.* *Io. Iacobus de Rubeis Romæ ad Temp. Pacis cū Priu. S. Pont.*

BACCHA

In Hortis Burgheſijs



ARCÆ MARMOREÆ LATERALIS FACIES


Sponsus, ac Sponsa inuicem dexteras iungunt, coniugalis amoris, ac fidei argumentum, Iunone pronuba utrumque amplectente.

Romę ex Chalcographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templum S. M. de Pace cum Priuilegio Summi Pontifici et Super. Perm.

EIVSDEM ARCÆ ANTERIOR FACIES

Sedet PVERPERA *partum enixa, et cubito hærens dolores, laboresque puerperij exprimit. Vna ex obstetricibus linteamen utraque manu explicat ad exsiccandum lotum puerum, atque inuoluendum. Altera è cunis, siue de terra natum subleuat detergendum. Mulier stylo globum notans Fatum est ex Timeo Platonis ab astris coniectans leges fatales. Ad hoc marmor pertinet eruditissima Gaspari Bartolini expositio ueteris in puerperio ritus.*

In Aedibus de Sacchettis




Petr. Sanct. Bartol. delin. et sculp.

VITA ET MORS HOMINIS EX FABVLIS ET MYSTICA ANTIQVORVM PHILOSOPHIA.

SE PRIMO OFFERT DVPPLEX HOMINV̄ GENVS 1 MAS ET FOEMINA DESCENDĒTES E FELICI REGIONE AD ELEMENTA *Plato Hierocles Macrobius* 2 VVLCANI OFFICINA SIVE CALOR ARTIFEX OPERVM NATVRÆ 3 TERRA ALTRIX CV̄ COPIAE CORNV 4 NEPTVN. SIVE HVMIDV̄ PRINCIPIV̄ 5 VENTVS SIVE SPIRIT. AERIS ET 6 MINERVA QVAE ET IPSA PVRISSIMA PARS ÆTHERIS EST 7 PROMETHE. HOMINĒ FINGIT ET PORTIONES ELEMENTARES SVO OPERI ADIVNGIT 6 MINERVA 8 PAPILIONĒ HOC EST IMMORTALĒ ANIMĀ IN CAPITE TANQVĀ IN ARCE LOCAT 9 ANIMA AMOREM AMPLECTITVR NAM ELEMENTIS INDVTA AFFECTIBVS ADLIGATVR 10 MVLIER QVAE STYLO GLOBV̄ NOTAT FATVM EST EX TIMEO *Aſtris Deus parem numerum animaru. diſtribuit adhibent leges fatales* 11 PARCA FILA NET HVMANÆ VITÆ 12 SOLIS QVADRIGA *fortè aliquis opinabitur primas figuras num. 1 Adam et Euam referre sed diuerſum argumentum reliqui operis contrarium suadet.*

In Arca Sepulcrali in ædibus Ex.mi Principis Camilli Pamphylij.


Sequens tabula eiusdem est argumenti



Sequitur MORS HOMINIS EX FABVLIS ET MYSTICA ANTIQVORVM PHILOSOPHIA

13 AMOR FACEM ET AFFECTVS IN PECTORE DEMORTVI HOMINIS EXTINGVIT COROLLĀ FVNEBRĒ TENET 14 PAPILIO ANIMA EST A CORPORE SEIVNCTA 15 MVLIER FVNEREA STAT 16 PRÆFICA SEDENS VOLVMEN TENET FACTA ET LAVDES DEFVNCTI RECESET *ut in Sepulcralib' picturis C. Cestij* 17 MERCVRIVS ANIMARV̄ DVCTOR PVRGATĀ ANIMĀ IN FELICE REGIONĒ REDVCIT 18 PROMETHE' VINCT' CAVCASO AB AQVILA LACERATVR QVOD DE LVTO A SE EFFICTV̄ HOMINĒ ANIMAVERIT 19 AB HERCVLE VERÒ LIBERATVR QVANDO ANIMA AB HVIVS VITÆ CVRIS SOLVITVR CVM POSTEA HERCVLES A PROMETHEO VIAM DIDICERIT QVA TENDERET AD HESPERIDES HINC & 20 ATLAS CVM VIGILI DRACONE 21 LVNÆ BIGA.


Petr. Sanct. Bartol. del. et Sculp. *In Arca Sepulcrali in ædib. Emi Principis Camilli Pamphylij*



CVPIDINEM PSYCHE, *et uicissim Cupido Psychen mutuo nexu complectitur. Illa Papilionis alis nobilis immortalitatem animę, ac perpetui coniugalis amoris etiam post fata, in hoc sepulchrali marmore typum designat. Tres Gratię in medio pariter in amplexu se palam exhibent, aligeris Veneris filijs comitantibus, Gratiam etiam pulchritudinis sociam, studiumque et amorem uxoris erga uirum facilè commendant. Vasa floribus, aristis et pomis referta anni tempora, seu felicia tempora in Elysijs indicare uidentur; tres uerò ad Gratiarum numerum.*

In Aedibus Matthęiorum

Romę ex Chalcographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S. P. et Super. perm.




Petrus Sanctus Bartolus del. et sculp.

MELEAGRI INTERITVS.

Io. Iacob. de Rubeis formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu. S. Pont.


AVVNCVLIS Á MELEAGRO INTERFECTIS. 1 ALTHAEA FVRIIS AGITATA FATALEM STIPITEM IN IGNEM CONIICIT CVM QVO ET 2 MELEAGER FILIVS EXTINGVITVR. ALTHEAM CVM STIPITIBVS 3 PARCAE SEV FVRIAE COMITANTVR. LVGET VENATRIX 4 ATALANTA ET MORIENTIS ORI 5 SORORES LACRIMANTES FRVSTRA PHARMACVM ADMOVENT. *In ædibus D. D. de Valle.*



FUNERALIS POMPA

1 IUVENIS VENATORIS CADAVER PROPINQUORUM MANIBUS ELATUM · SEQUUTUR ORDINE 2. AFFINES ET SOCII LACRIMANTES IACULA ET CUSPIDES GERENTES È QUIBUS 3. ALTER LORA CANUM TENET NEC NON EQUI CUM RETIBUS ET TELIS · MOS ERAT EFFERENDI INSIGNIA DEFUNCTI ET CONIJCIENDI IN ROGUM CARIORA IPSIUS UT DE AVICULIS ET CANIBUS PUERI SCRIBIT *Plin. l. 4. 2.* ULTIMA EST. 4 BIGA AD AURIGANDUM VEL QUOD IS FUERIT CURRU VICTOR VEL QUOD EADEM INSERVIRET FUNERALIBUS LUDIS *Sequens tabula eiusdem est argumenti*


In Ædibus Barberinis



Sequitur FVNERALIS POMPA

AD PEDES DEFVNCTI 5 LIBITINARIVS CVLTRVM CAPVLO TENET MORTVI VT OPINOR RESCISSVRVS DIGITVM AD QVEM SERVATVM IVSTA FIERENT *Festus*. OBVIAM PROCEDVNT 6 MVLIERES CLAMANTES AC SOLVTOS CAPILLOS SCINDENTES APPARET 7 ROGI PARS EX RVDIBVS ET IMPOLITIS LIGNIS QVOD CAVTVM ERAT PER LEG XII TAB ET ROGO IPSI APTATVR CADAVER AB 8 VSTORE SVPER QVOD 9 MVLIER ABRVMPIT CRINES IN SEPVLCRO 10 VXOR DOLORE FVRENS IN LATVS FERRO IMMISSO OCCVMBIT 11 PRÆFICA VELATA INSIDENS COLLECTIS VRNA CINERIBVS ET CVPRESSV EXORNATA TERRAM LEVEM PRECATVR TER *vale* REPETITO

Io Iacob. de Rubeis formis Romæ ad Templũ pacis cũ Priu S. Pont. *In Aedibus Barberinis.*




DOMESTICVS LVCT·VS MVLIERIS DEFVNCTÆ

1. *Vniuerſe familie luctus, et eiulatus funebrē lectum circumdat A capite Pater Toge lacinia operto capite.*
2. *Ad pedes Mater uelata, vterque cubito nixi, et ad dolorem compoſiti ſedent.*
3. *Sororum altera retro stat ſolutis capillis, altera ſoluit.*
4. *Ex propinquis alter nimio cruciatu actus brachia, manusque tendit.*
5. *Alter digitis lacrymas tergit.*
6. *Serui etiam stantes dolori incumbunt. Infra Canis pultem siue offellam rodit, mox in rogo cum carioribus defunctę inijciendus.*

Romę ex Typographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Temp. S. Mę de Pace cum Priu. S. Pont. e Super. perm.

In Aedibus Capranicen: Olim de Valle



LVCTVS FVNEBRIS

MATRONA *uelata pallio lacrymas detergens, accedit ad tumulum uiri defuncti, ut Nouendialibus, seu annuis sacris illius Manibus parentet, ac iusta soluat; sic plorantem Mulieres aliȩ ad mestitiam compositȩ ipsam comitantur, rotundo in rupe, ad templi formam, sepulcro constructo, in cuius fronte extat candelabrum, ad quod Victoriȩ, seu Genij bini manus inuicem protendunt.*

In Aedibus Barberinis

Romȩ ex Typographia Dominici de Rubeis Hȩredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Mariȩ de Pace cum Priu. S.P. et Super. perm.




FERALIS COENA

DEFVNCTOS *dapibus, symphonijs, ac lusibus ob lectari, epulisque, et uino indulgere, ac si iterum ante actam ducerent uitam, stultè nimis opinabantur* Veteres *Hinc Silicernia, Feralia, et Parentalia sacra a ferendis ad sepulcrum epulis, quas relictas uel igne absumptas cũ effuso mero, ad Manes peruenire putabant. Feralis Cenę exemplar habes in hoc sepulcrali marmore, in quo recubantes in discubitorio lecto* VIRVM *et* VXOREM *aspicis, ille potorium Poculum tenet bibiturus, hęc Conuiualem ex rosis Coronam. Apposita est mensa tripes, salino, et cibis instructa, fulcris in leonum speciem ad custodiam suppositis, nam pro piaculo habebatur, dapes sepulcro illatas degustare, aut rapere; 1. Alę tenijs alligatę Animas Platonis alatas designare uidentur, quibus decedentibus precipites in corpora ferri, illisq. recrescentibus, ad superos reuolare Plato ipse censebat. Chorus Mulierum canentium 2. Prima Trigonum pulsat 3. Secunda carmina modulatur 4. Tertia Crotala quatit 5. Puer tibias pares inflaturus 6. Mulier sedens Tympanum seu quid simile pulsandum tenet.*

Romę ex Typographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S. P. et Super. perm.

In Aedibus Iustinianis



TRAIECTVS AC TRANSITVS ANIMARVM AD INFEROS

1. *Miles armis instructus e cymba pedem efferens, Heros videtur, qui traiecto Acheronte, auxilio Mineruę descendit ad ulteriorem ripam, in qua Miles alter inhumatus iacet*


2. *Minerua casside et Gorgone spectabilis est*

In Aedibus Barberinis

3. *Defunctę Vmbra, ac inane simulacrum capite, ac manibus vndique pallio obductis, traiecto Acheronte, ad Inferos gressus dirigit Mercurio duce.* 4. *Idem Mercurius Defunctum alterum ducit ad Regem Ditem*

5. *Mulier lugens ad sepulcrum Defuncti corpore seu reliquijs monumento illatis*

Sequens tabula eiusdem est argumenti



LVCTVS ET LAMENTATIO DOMVS FVNESTÆ


1. *Deſunctę Vmbra pallio obtecta ad loca Stygia incedit*
2. *Vir seu frater sedens gemitus effundit*
3. *Soror, seu mater in lecto iacens crinibus solutis domum funestam lamentis implet*
4. *Deſunctę in Larem conuersę Vmbra, quam pacatam, et quietam horis nocturnis apparere cupiebant*

ANIMARVM AD INFEROS TRAIECTVS

5. *Charon naulum exigit a Deſuncto cuius ori imponebatur Portitori soluendum*
6. *Mercurius Animarū ductor mortuum hominem ducit carinà transuehendum*

In Aedibus Barberinis

Romę ex Chalcographia Dominici de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S. Pont. et Super. perm.



ELYSIA BEATORVM SEDES — TARTARA AC SVPPLICIA IMPIORVM

Qui caſtè ac purè vixerunt homines poſt mortem Elyſium colere credebant, ibique felicem, ac ſine ſenecta agere ætatem, agnitiſque ijs quos mutuò dilexerunt, cum ipſis iterum uerſari, ac lętari. Qui verò iniuſtè, ac impiè egerunt, in Tartara demergi, ibique perpetuò vexari

1. *Vir ab hac vita in Elyſium deductus, cara coniuge agnita, in beata ſede quiescente, ei dexteram porrigit, a qua vicissim Viro porrigitur. Hic thyrsum gerit, Bacchi ſacris ſortè initiatus*


2. *Heros Elyſius ſcuto, thorace galeaque insignis*

In Aedibus Barberinis

3. *IXION ob impietatem, Iouis ſulmine in Tartarum deiectus, volubilis rotæ radijs alligatus perpetuo ſupplicio volutatur*

4. *Sisyphus ſaxum ingens ſurſum, ac deorſum agitat latrocinij reus*

5. *TANTALVS crudelis in filium, in Deos impius ſemper ſitiens in pœnam, fugaces aquas ſrustra ori admouet, bibiturus*



QVATVOR ANNI TEMPORA *eiusq conuersiones per qatuor pueros aligeros, cum suis Symbolis, Veteres indicare solebant in eorum monumentis. Nos in hoc marmore eosdem Aligeros exhibemus Zodiaci Circulum Fulcientes, in quo dimidiatę figurę Vir, et Vxor, perpetuo iuncti Amris uinculo clauduntur. Existimabant porrò, longum post annorum cursum, completis Fatalibus, Mortuorum animas iterum ad hanc uitam, unde migrauerant, reuersuras. Quam sententiam Plato refert in Phędroneç suis carminibus prosecutus est Maro.* 1.**HYEMS** *Iuuenis palustri calamo redimitus sub Atynis euirati specie, Hyemalem sterilitatem indicat, terra seminibus inclusis; Phrygia ueste amictus, sinum aperit ad exhibendam eis euirationem, ac duplicē Viri, et mulieris naturam. Ad pedes Aper, hybernum animal.* 2.**VER** *Iuuenis floreo serto comas cingit, cui subiacet Caprarius e mammis Caprę lac exprimens.* 3 **AESTAS** *Iuuenis aristis coronatur. Infra Messor aristarum fasciculum, seu manipulum colligit.* 4.**AVTVMNVS** *pampineis uuis crines nectit; cui Tigris subiacet, ac Vinarium uas.*

In Aedibus Barberinis



Temporum felicitatem, seu felicia Tempora significabant etiam per quatuor anni partes VER, AESTATEM, AVTVMNVM, HYEMEM, *quas iuuenum seu puerorum specie effingere solebant, ut in hoc monumento; spem innuentes redeundi completis fatalibus ad nouos annos in hac uita, ut in antecedenti marmore.* VER *floribus redimitum alterâ manu copię cornu, alterâ Capreolum tenet.* AESTAS *spicis caput exornans dextera falcem, sinistra manipulum exhibet.* AVTVMNVS *calathum Caricis refertum sertumque tenet.* HYEMS *palustri calamo incincta Anseres aquatiles ostentat. In medio* BACCHVS *Tigride uectus, ac longo syrmate indutus thyrsum gerit, uinumque fundit in Satyrisci cornu. Alia emblemata ad eundem Gentilitatis Deum pertinentia indicant huius monumenti Dominum in ipsius mysterys fuisse initiatum.*

In Aedibus Eminentiss. Cardinalis Carpinei

Romę ex Chalcographia Dominici de Rubeis Heredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. Marię de Pace cum Priu. S. P. et Super. perm.



IMPERATORIS CLAVDII APOTHEOSIS SIVE CONSECRATIO 80

CLAVDIVS *post mortem, Veterum superstitione, inter Diuos relatus, radiata corona, ac ægide insignis, Iouique consociatus in cęlum fertur ab Aquila cum fulmine, et globo, noui numinis prouidentię in Orbem Romanum indice, subiectis naualibus Britannicæ spolijs, ac tropheis. Sic Nero medicatis boletis Claudium socordem Principem Deum fecit, qui Britannico filio posthabito priuignum ad imperium adoptauit. Marmor apud ueteres Bouillas in Marinensi Columnensium Principum ditione effossum, atq. admiranda artis elegantia sculptum, Neronem ipsum auctorem probat, translatum uerò in Hispaniam Hieronymus Card. Columna Philippo IV. acceptū obtulit*


In Aedibus Principis Comestabilis Columnæ nunc Madriti in Regijs Aedibus



HOMERI APOTHEOSIS SIVE CONSECRATIO DELINEATA EX ANTIQVO MARMORE IN MARINENSI COLVMNENTIVM PRINCIPVM AC MAGNI COMESTABILIS DITIONE ERVTO

Sedet in templo Homerus diademate redimitus, pallioque philosophico amictus; alterâ manu sceptrum, alterâ carminum uolumen tenet, ueluti numen, hymnis, sacrisque cultus. Mulier a tergo capiti eius Lauream imponit, quam Cybelem turritam esse ex subscripto nomine ΟΙΚΟΥΜΕΝΗ *apparet. Hanc comitatur alatus Genius, cui etiam subest nomen* ΧΡΟΝΟΣ *Tempus singulis manibus singula uolumina ostentans Iliadis, et Odysseæ, uniuersi nempe orbis terrarum præconio per omne tempus duratura. Ad latera sedentis Vatis in genua procumbunt Virgines duæ subscripto titulo* ΙΛΙΑΣ ΟΔΥΣΣΕΙΑ Ilias Odyſſea. *Hæc Aplustre tenet maritimas nauigationes, erroresq. Vlyssis indicans, illa gladium, Achillis et Heroum bella referens. Hinc Homero, quasi in Deos relato posita est ara, admota uictima, cui Virtutes, et Artes sacra peragunt, faces præferunt, thura dant, libamina fundunt, manibus plaudunt, carmina canunt. Harum postrema digitum ori imponit, silere potius alios admonens, quàm Homeri nomen æmulari. Singulis uerò his subiecta sunt Nomina:* ΜΥΘΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑ ΓΟΙΗΣΙΣ ΤΡΑΓΩΔΙΑ ΚΩΜΩΔΙΑ ΦΥΣΙΣ ΑΡΕΤΗ ΜΝΗΜΗ ΓΙΣΤΙΣ ΣΟΦΙΑ Fabula, Hiſtoria, Poeſis, Tragoedia, Comoedia, Natura, Virtus, Memoria, Fides, Sapientia. *Sub Homeri solio Mures uolumen arrodentes ad ipsius Batrachomyomachiam referuntur. Quæ stant in montis ascensu, canoræ sunt Musæ, Homeri laudes celebrantes; qui uerò in uertice sedet cum Aquila, siue Iupiter est Musarum pater, in quem retrò oculos conuertit Mnemosyne mater, siue ipse Homerus Iouis habitu. Postremo loco spectatur Musarum, seu Apollinis, ut uidetur, Antrum, in cuius uestibulo Arcus, et Pharetra. Propè antrum in basi stat uir palliatus ad tripodem. In Iouis sedentis saxo incisum legitur huius monumenti Autoris nomen* ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΑΓΟΛΛΩΝΙΟΥ ΕΓΟΙΗΣΕ ΓΡΙΗΝΕΥΣ Archelaus Apollonij filius Prienensis fecit. *Huius marmoris integrum argumentum habes apud Kircherium in suo Latio, atque in eruditissimo Gisberti Cuperi Commentario.*


Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubeis Hæredis Io. Iacobi de Rubeis ad Templ. S. M. de Pace cum Priuil. Summi Pont. et Super. Perm. Anno 1693.



NVPTIAE

Noua nupta uiro tradita dexteram eidem porrigit fidei, amorisque pignus: flammeo caput obnubit præ uerecundia, mox nuptialem thalamum aditura. Augurijs captis sacra peragit uir paludatus. Victimarius taurum sistit ad tripodem. Popa securi percutit. Tibicen duplicem tibiam inflat. Pronuba Iuno utrumq. amplectitur, adstante Hymenæo cum accensa face. Mater cum puero manus extendit ad accipiendam liberalitatem.

Romæ in Hortis Medicæis 82



Pictura Vetus VETVRIÆ à Bello in Patriam Filium MARCIVM CORIOLANVM auertentis in Titi Thermis reperta, cum uestigijs quæ poene supersunt collata. Ex delineatione Annibalis Caracci apud B. M. Ioan. Petr. Bellorium

Crypta hic delineata ad picturam non pertinet, sed eam notat, in qua ea reperta litt. A. unà cum celeberrima Laocoontis statua. litt. B.

Pet. Sanct. Bartolus Sculp. *Romæ ex officina Dominici de Rubeis hered. Io. Iacob. de Rubeis ad Templ. S. Mariæ de Pace, cum Priuil. Sum. Pont. et Sup. perm.*